[illegible]

... ad obligationem et ad agendum. [E]t dicit pacta uestita ... re, uerbis, litteris, consensu ... [illegible]

... exemplum ut puta uendo tibi ... in ipsa uenditione interuenit pactum. ego ... [illegible]

... pactum ... [illegible]

promissio. Prosunt autem et porriguntur pac-
ta ad illas tantum personas inter quas facta sunt et aliis
personis regulariter non valent. Sed fallit hec in infra
scriptis casibus. quia pactum de non petendo factum reo
principaliter prodest fideiussori nisi in paciscendo ac-
tum fuit ne prodesset fideiussori. vel nisi fideiussisset ani-
mo donandi. vel nisi in rem suam fideiussisset. quibus
tribus casibus pactum rei non prodest fideiussori. Sed
econtra pactum fideiussoris non prodest reo quia licet rei
interfuit a fideiussore non peti. quia fideiussor habiturus e-
rat regressum contra reum. non tamen interest fideiussoris
a reo non peti. cum reus contra fideiussorem non sit habiturus
regressum. nisi fideiussor in rem suam fideius-
sisset. quia tunc fideiussor pro reo accipiendus est
et tunc pactum rei nocebit fideiussori et pactum
fideiussoris accepit in rem suam prodest reo.
Pactum vero fideiussoris non prodest confideiussori
nisi si expressim agatur quod prosit reo vel confideius-
sori prodest est. Item pactum unius rei debendi
.s. argentarii socii prodest alteri. Item pactum fac-
tum cum venditore vel donatore prodest emp-
tori vel donatario. quia succedit in rem ipsam. Item
pactum factum cum filio vel servo prodest patri et do-
mino. Pactum autem procuratoris prodest domino
non nocet. nisi in tribus casibus. hoc est si habet speciale
mandatum vel si in rem suam constitutus est vel
si habet liberam et generalem administrationem. Item
pactum tutoris vel curatoris prodest pupillo et
non nocet si fiat bona fide et non animo defraudandi. Hic
tenuimus videndum est quando in pactis pena apposi-
ta committitur. est igitur sciendum quod pena apposita in
pactis aliquando committitur aliquando non. Si enim conven-
tio incipit a conditione utputa si Stichum non dederis .x.
committitur pena cum certum est conventum dari non posse.
Si vero incipit a precedenti pactione utputa promit-
to Stichum dare alioquin pene nomine .x. dabo. sive
precedens pactio est obligatoria. utputa quia fit pactum
vestitum committitur pena ex quo dare potuit
et non fecit. aut precedens pactio non est obligatoria. et
tunc non committitur pena nisi demum in lite contestata.
Secundum eos qui in pactis est deductum in ... Item no. quod pacta
aliquando fiunt secundum leges. utputa quia promittitur a-
liquid dari vel fieri quod lex permittit. tunc si pena
promissa potest peti vel res vel pena .i. alterum eorum
solum nisi sit actum quod pena soluta ratum maneat
pactum quia tunc utrumque potest peti. Quandoque autem fit pactum
preter leges .i. quando aliquid promittitur quod neque a lege
expressim permittitur nec expressim prohibetur: ut
puta cum promitto factum alienum et si non fiat pro-
mitto penam vel paciscor alteri dari et si non dederit
stipulatori tunc penam. licet non valeat principale.
quia factum alienum promitti non possum nec in alterum pacis-
ci valet tamen pene promissio. Quandoque vero fit pactum contra
leges utputa promittitur aliquid quod lege prohibetur: scilicet res
sacra vel religiosa vel liber homo tunc nec valet
neque principale nec pene promissio. quia quod fit lege pro-
hibente pro infecto habetur. Item no. quod pena aut est
quantitati aut speciei aut facto. Si pene adiciatur quantita-
ti utputa promitto dare .x. sub pena dupli. tunc
ipsa pena quantum ad eam que excessit reducatur ad legitimum
modum usurarum sortis promisse. et hoc ideo quia ex quantita-
te pecunie solet committi fenus. Si vero dicitur speciei ut
promitto tibi dare equum vel aliam speciem sub pena .x.

lib. illa pena exigitur tota. Item est in addi-
catur facto. utputa promitto tibi facere talem domum
sub forma quod pena adiecta speciei vel facto quoniam ...
sit exigitur tota. Et hec de pactis. Nunc autem restat
videre de instrumentis que ... De instrumentis rubrica
Cum ... ia in summa in tractatu de ...
sub rubrica de pluribus que fiunt per instru-
mentum de diffinitione et divisione instrumentorum
et quibus instrumentis fides est adhibenda. Ideo ne huius
reiteratio fastidium generet hic omittendum non duxi
quia sibi satis ad illam recurrere rubricam. Sed quoniam
publico instrumento hoc est a publica manu facto duo
principaliter continentur: scilicet publicationes et nego-
tii tenor ordinatum et scriptum quod inter partes habitum
et ordinatum. et in omni fere negotio tenores in summa
ordinate invenientur. ibi enim est tenor emptio-
nis venditionis. ibi constitutionis dotis. ibi venditio-
nis debiti et sic de singulis. Ideo hic de solis publicatio-
nibus est videndum. hec est de hiis que publicum
et autenticum faciunt instrumentum. Ideo enim publicati-
ones dicuntur quia publicam et autenticam et fide
dignam reddunt scripturam. et quia instrumentis
apponi debent et scribi solum per manum publice
persone hoc est notarii qui est publica persona e-
o quod ipsius officium est ad publicam utilitatem in-
ventum. Sunt autem publicationes regula-
res sex. scilicet annus domini indictio dies. locus. testes
et nomen tabellionis. licet septima publicatio in
quibusdam locis et terris addi consueverit. scilicet nomen
pape vel imperatoris eo tempore regnantis quo fuit con-
ditum instrumentum. Sed hac septima omissa de pre-
dictis sex per ordinem est videndum. Ante quam
ponatur annus domini solet poni invocatio nomi-
nis domini in hunc modum. In nomine domini amen. vel in
nomine domini nostri Ihesu Christi. vel in nomine patris et filii et spiritus
sancti. Hec autem invocatio ponenda est semper in ma-
gnis et perpetuis instrumentis. Sed in minoribus et sub
brevi tempore duraturis potest omitti et incipere
simpliciter anno domini etc. In maioribus instrumentis ma-
gis est ut per invocationem domini apponi possit quia
secundum beatum Paulum quicquid dicimus quicquid
facimus totum in nomine domini faciamus.
Subsequenter ponitur annus domini quo conficitur
quando fit instrumentum hoc modo. In nomine domini amen. Anno
eiusdem .M. CC. lvi. et sic precedit invocatio no-
minis domini potest simpliciter ut tamen est. Sed anno
domini .M. CC. etc. et aliquando dicitur anno ab incar-
natione domini .M. etc. et hoc secundum morem quarundam
civitatum que incipiunt annos domini ab in-
carnatione. Post annum domini subsequitur po-
nenda est indictio hoc modo. In nomine domini amen
anno eiusdem .M. CC. lvi. indictione quarta decima.
Dicitur autem indictio ab indicendo .i. precipiendo vel
de mandato .i. precepto vel precepit Cesar enim Augu-
stus describi universum orbem sub tributo
solvendo singulis .xv. annis et imperatores [illegible]
in tres partes divisit precepit ut primo quinque-
nnio daret certam quantitatem ferri. alio precepit ut se-
cundo quinquennio daret ei certam quantitatem argenti. ter-
cio precepit ut ultimo quinquennio daret ei certam quantitatem
auri. et finitis tribus quinquenniis .i. xv. annis fie-
bat reiteratio ad primum [illegible]
[illegible] omnis enim indictio [illegible]

est prima aut secunda aut tertia aut [illegible] usque ad quintam decimam. Postquam vero quinta decima autem fuerit, reiteratio ad primam. ¶ Et ideo unusquisque annus quarumcumque indictionum fuit. Ideo primo inventa ista indictio sub [illegible] fuit sicut ipso [illegible] a Cesare Augusto tribus annis antequam dominus de virgine nasceretur. Et propter hoc divisis annis domini per quindenas et quod a quindenis superest, eique superaddere debent adhuc tres, et quot fuerint illi anni qui supersunt a quindenis cum dictis tribus additis, tanta erit indictio. Ut in hoc exemplo ponamus cum quod anni domini sunt sexagintaunum, divide .lxi. per quindenas, superest unus. Illi unum adde tres, faciunt quatuor, et ita erit quarta indictio. Sed si nichil omnino, adde tres et erit indictio tertia. Sed si ab omnibus quindenis superfuerit .xiii., anni adde illis .xiii. tres, faciunt .xvi., de illis sexdecim trahe unam quindenam, superest unus, et ita prima erit indictio. Unde versus: ¶ Si tribus adiunctis domini diviseris annos, per quindenos residuus indictio certa manebit. Post indictionem subsequenter ponitur dies, hoc est quo die mensis factum sit instrumentum. Ponuntur autem dies mensis diversimode. ¶ Uno modo secundum consuetudinem Bononie, ut in hoc exemplo: primo die madii, secundo die intrante madio, tertio die intrante madio, et sic de singulis usque ad .xvi. Transactis autem .xvi. ponuntur per exeunte madio, hoc modo: quinto decimo die exeunte madio, quarto decimo die exeunte madio, et sic de singulis usque ad penultimum. In penultimo dicitur penultimo die madii, et in ultimo dicitur ultimo die madii. Et ita de singulis illis mensibus qui habent .xxx. dies procedunt similiter usque ad .xv. per hanc dictionem intrante, et finitis .xv. diebus primis descendunt passim .xv. cum hac adiectione exeunte, semper tamen in prima die cuiuslibet mensis non ponitur intrante, in penultimo vel ultimo non ponitur exeunte. Alio modo secundum consuetudinem quarundam provinciarum aliquorum ponuntur dies mensis semper progressivum hoc modo: prima die madii, secunda die madii, tertia die madii, et sic de singulis diebus et mensibus. Sed necessarium est tibi scire quot dies habeat unusquisque mensis, quod colligitur ex his duobus versibus: ¶ Iunius, aprilis, september, novemque tricenas; plus uno reliqui, sed februus habet .viii. vicenos. ¶ Tertio modo ponuntur dies in instrumentis per kalendas, nonas et ydus, quod colligitur ex his duobus versiculis: ¶ Sex nonas maius, october, iulius et mars; quatuor at reliqui tenent, ydus quilibet octo. Sed quia doctrina hec et expositio illorum versuum longa est et implicata, et ut bene exponerentur et exemplificarentur per singulos menses, longam exigerent scripturam, ideo omittitur et ad locum alium reservatur, ubi de ea specialis fiet tractatus. ¶ Item in instrumentis debet apponi locus in quo lectum est instrumentum, et iste duplex: scilicet nomen civitatis, ville vel castri, et ille in specie, scilicet talis locus in quo factum est instrumentum, hoc modo: Actum Bononie in palatio communis, vel in domo talis, sive sub porticu talis domus. ¶ Post locum ponuntur testes, aliquando per ablativum casum, hoc modo: presentibus Petro et Martino testibus ad hoc vocatis et rogatis. Aliquando per genitivum sequente hac dictione presentia, hoc modo: In presentia Petri et Martini testium ad hoc vocatorum et rogatorum.

¶ [illegible] et Martini [illegible] hac [illegible] ¶ In [illegible] tum hec de consuetudine tabellionum in instrumento appon[illegible] quod testes vocati sunt et rogati. Non tamen in omni contractu de iure hec necessarium est, solummodo enim in testamentis et in donationibus et in confessione creditoris confitentis creditum esse solutum, de iure exigunt testes vocatos et rogatos. ¶ Item nota quod ubi de iure non est certus testium numerus diffinitus, sufficiunt duo testes, cum pluralis elocutio duorum numero sit contenta. Ubi autem sit diffinitus certus numerus, in [illegible] dixi in tractatu de iudiciis sub rubrica de testibus.

¶ Post testes ponitur signum et nomen tabellionis, et debet poni in nomine proprio nomen tabellionis et auctoritas qua est tabellio et quod rogatus scripsit, hoc modo: Ego Rolandinus Rodulfini Florentie imperiali auctoritate notarius hiis omnibus interfui, rogatus scripsi. In testamentis autem dicitur: Ego talis imperiali auctoritate notarius predictis omnibus de mandato dicti testatoris publice scripsi. Et si fuerit in officio communis dicitur: imperiali auctoritate et nunc communis Bononie notarius publice scripsi. In scripturis vero exemplatis suo vel alieno qualiter tabellio se subscribere debeat, habetur in tertio capitulo summe ubi tractatur de scripturis exemplandis et reficiendis. ¶ Nota tamen quod quidam ponunt in principio instrumenti omnes publicationes excepto nomine tabellionis, sed non melius videtur quod tres ponant in principio, scilicet ille que notant tempus instrumenti, scilicet annum domini et indictio et dies; talia tria scilicet locus, testes et nomen tabellionis ponantur in fine. ¶ In summa autem omnes publicationes ponuntur in fine. ¶ Et hec de contractibus, de pactis et instrumentis a principio huius tractatus huc usque dicta sufficiant. De ultimis vero voluntatibus et iudiciis nichil plus quam dictum est in summa requiras.

¶ Explicit summa magistri Rolandi in opus pretiosum.

S. S. V. [illegible] de soluto genitus et soluta quod tali non obstante defectu ad omnes ordines promoveri valeat et ecclesiasticum beneficium obtinere etiam si curam habeat animarum dispensare dignemini cum eodem.

[illegible] est quid sit iudicium [illegible] [illegible] iudicii. Et que sunt persone que debent [interesse] in iudicio. Iudicium est actus trium personarum scilicet iudicis actoris et rei in iure consistentium. Alie persone que sunt necesse in iudicio ut testes advocati assessores auditores et procuratores. Iudex est ille qui de causa iudicat. Et iudex dicitur quasi ius dictans ut dicens ius vel dicitur a districtio quia debet esse iustus alio modo non esset iudex. Tres sunt species iudicum ordinarii delegati et arbitri. Ordinarii iudices sunt qui habent [propriam] iurisdictionem ut episcopi [illegible] decanus. Delegati iudices sunt quibus committitur iudicium aliena ut qui dantur iudices a papa vel a legato [eius]. Arbitri sunt [illegible] de [illegible] consensu committitur. Tria sunt que impediunt aliquem esse iudicem. Natura lex et mores. Natura prohibet surdum mutum et furiosum esse iudicem. Mores prohibent mulierem esse iudicem propter eius instabilitatem. Lex prohibet excommunicatum hereticum infidelem et paganum esse iudicem. Actor est qui agit contra aliquem in iudicio. Reus est contra quem agit. Et [illegible] non potest esse actor quia non habet [potestatem] standi in iudicio per se vel [illegible]. Testis est qui testimonium prohibet in iudicio. Multis modis prohibetur aliquis esse testis et repellitur a testimonio qui modi habentur per hos versus.

Condicio. sex. etas. districtio. fama.
Et fortuna. fides. in testibus ista requires.
Et locus et tempus. annumerantur eis.

Verbi gratia. Si aliquis fuit conditionis servilis non potest esse testis. Mulier non potest esse testis in criminalibus id est de furto et homicidio. Item puer non potest esse testis nec fatuus nec furiosus nec infamis nec [illegible]. Item non inferiores [illegible] pauperes quia presumitur propter paupertatem quod [illegible] per munera sit corruptus hoc autem intelligitur esse [illegible] et inhonestis pauperibus. [Pauper] honestus potest esse testis. Item infidelis paganus vel hereticus repellitur a testimonio. Item testis debet deponere id est testificari de [illegible] certo loco vel tempore. Advocati sunt [illegible] [illegible] defendere [illegible] salario

[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] est [illegible] sunt vel [illegible] vel [illegible] vel iniuriam [illegible] [illegible] advocatum potest [illegible] [illegible] [illegible] consistit in [illegible] causa. idem de [illegible]. Item sacerdos non potest esse advocatus nisi in causa sua vel in [causa] ecclesie et in causa [illegible] persone id est [illegible] et [illegible] vel [illegible] [illegible] [illegible] miserabilis persone ut vidue [orphani] et claudi. Assessor est ille qui assidet iudici in iudicio et instruit illum [illegible] iudex est imperitus. Procurator est ille [qui] mandato domini [illegible] vel [illegible] [illegible] agendi suscipit. Aliquos prohibet esse procuratores de causis. Ut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ut puer vel rusticus. Auditor est cui aliquis actus cause audiendus committitur [illegible] receptio testium et hec de personis que debent consistere in iudicio dicta sufficiant.

[illegible] de ordine et processu iudicii [illegible] [illegible] est. Reus primo [illegible] a iudice [illegible] veniente ad iudicium offert libellus. [illegible] oblato iudice dantur [illegible] deliberandi [illegible] deliberare debet an velit [illegible] an [illegible] cedere. Finitis induciis redire debet [illegible] [illegible]. Unde tenetur actori super petitione [illegible] affirmando vel negando quod actor proponit contra ipsum et illa affirmatio vel negatio [illegible] litis contestatio. Litis contestatio est [illegible] [illegible] a partibus. postea [illegible] [illegible] [illegible] id est actor et reus interrogentur a iudice [illegible] [illegible] [illegible]. Deinde [illegible] testes [illegible] debet et [illegible] ad probandum [illegible] [illegible] post hec publicantur dicta testium in iudicio partibus presentibus super quorum dictis disputabitur. His omnibus premissis cum iudex fuerit sufficienter instructus de meritis [illegible] [illegible] per diffinitivam sententiam terminare a qua [illegible] [illegible] [illegible] poterit appellari. Predictus ordo et processus iudicii habetur per hos [versus].

Primo [illegible] iudex [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] induciae dantur. de [illegible] [illegible]
lis contestatur. sequitur calumpnia. partes
[illegible]. testes ad [illegible] sequuntur.
[illegible] manifestent. super hiis [illegible]
Diffiniat. [illegible] [illegible] [illegible]